BIBL. DE L'UNIVERSITÉ
OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIᴱ SIÈCLE
1

THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	N°:
ALESME (Jean d')	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean)	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean)	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS (Nicolas)	Théologie	4[févr.]1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)	Philosophie	22[juil]1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)	Théologie	[8 févr]1652	I	13
BAUDO (Pierre)	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)	Théologie	28 mai 1664	I	15 ,et
			I	15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)	Théologie	10 juill.1659	I	16 ,et
			I	16bis.
BEGON (Scipion)	Théologie	[6 déc.]1669	I	17
BELLOCIER (Charles)	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles)	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE (François de)	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)	Théologie	[23]fév.1631	I	24 ,et
			I	24bis.
BLOVET DE CAMILLY (Pierre-François)	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean)	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien)	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION (Anianus de)	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)	Philosophie	5 juill.1665	I	30

BOUCHER (Joseph)	Théologie	[4]janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de)	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François)	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)	Philosophie	31 juil.1661	I	38 ,et
			I	38bis.
BRIDIEU LINIERES (Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	24 oct. 1661	I	41 ,et
			I	41bis.
BRUNO (F.Didier)	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de)	Théologie	...mars 1662	I	44 ,et
			I	44bis.
BUTILIER (Edouard)	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)	Théologie	[5 mai] 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement)	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)	Théologie	26 janvier 1664	I	56
CHAPELLAIN (César)	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas)	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéris)	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)	Théologie	[12]jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)	Droit canon	30 août 1658	I	63 ,et
			I	63bis.
CHESNEL (Louis)	Théologie	27 oct. 1662	I	64 ,et
			I	64bis.
CHOMEL (Claude)	Philosophie	[30]août1654	I	65 ;et
			I	65bis.
CLEMENT (Claude)	Théologie	[27]août1664	I	66
CLEMENT (Claude)	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel)...........	Droit	20 mars 1666	I	69 ,et
			I	69bis.
COMMINGE (Pierre).........	Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien)..........	Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de).	Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François)........	Philosophie	13 août 1662	I	73 ,et
			I	73bis.
COUREAU DE PRESSIAT (René)..	Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François)......	Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas)..........	Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas)..........	Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean)...........	Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Larent)...	Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée)............	Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume).........	Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHAEUS (Jacques).........	Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard).........	Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre)......	Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel).........	Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion).	Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)...	Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis).........	Philosophie	29 juin 1665	I	89 ,et
			I	89bis.
DES HAYS DU FOSSARD (Louis).	Philosophie	25 juil.1662	I	88 ,et
			I	88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis).	Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude).........	Théologie	[11] fév.1653	I	91
DIROYS (François).........	Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François).	Théologie	[11] jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon).............	Théologie	..[avr] 1657	I	94
DU FOUR (Pierre)..........	Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre)............	Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER (Charles).	Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')...	Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre)...........	Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André)............	Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas)...........	Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe)........	Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles)......	Philosophie	11 sept.1661	I	103,et)
			I	103bis)
			I	103ter)
FORCEDEBRAS (Charles)......	Théologie	15 mai 1656	I	104,et)
			I	104 bis)
FOUCQUET (Yvon)...........	Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT (Charles).........	Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine).........	Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme)....	Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure).....	Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien)......	Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel)...........	Philosophie	21 juil.1667	I	111

GODET (Pierre)............	Philosophie	25 juil.1660	I.	112 ,et
			I	112bis.
GODET DES MARAIS (Paul de)..	Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond)........	Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques)...........	Philosophie	9 juill.1656	I	115
GOYET DE BECHEREL (François)	Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain)...........	Théologie	[27] fév.1662	I	117
GUENON (François).........	Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne)..........	Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André)..........	Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François).........	Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis).........	Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien).......	Philosophie	19 août 1659	I	123 ,et
			I	123bis.
HACTE (Nicolas)...........	Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André)............	Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean)..............	Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean)..............	Médecine	 1646	I	127 ,et
			I	127bis.
HARLE (Jean-Baptiste).....	Philosophie	1er août1661	I	128
HEDERMAN (Donat)..........	Philosophie	7 juin 1664	I	129 ,et
			I	129bis.
HENNEQUIN (François-Louis).	Philosophie	9 juill.1658	I	130 ,et
			I	130bis.
HOULLIER (Etienne)........	Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES (Joseph d')..	Philosophie	26 juin [.?.]	I	132
JAPPIN (Jean-François)....	Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François)....	Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre)............	Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean)............	Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior)...........	Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas).....	Philosophie	9 juill.1662	I	138 ,et)
			I	138bis)
			I	138ter)
JOUVIN (Jacques-François)..	Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François)...........	Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean)............	Théologie	23 oct. 1659	I	143,et)
			I	143bis)
			I	143ter)
LAFFEMAS (Laurent de)......	Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de)......	Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean)	Théologie	1er juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de).	Philosophie	2 août 1654	I	146 ,et
			I	146bis.
LAMY (Jean)...............	Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean)...............	Théologie	5 mai 1658	I	148 ,et
			I	148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)...	Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de)......	Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de)........	Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (Françeis)........	Philosophie	13 févr.1665	I	150

FAVTORES Arianorum plures Epiſcopi Athanaſium Alexandrinæ ſedis Epiſcopum, fidei Nicænæ defenſorem Acerrimum modis omnibus deturbare conati ſunt, hunc enim infenſiſſimum ſibi hoſtem experti, in Conciliabulo Tyri abſentem damnauerunt, falſis accuſationibus nimis infeliciter cedentibus, quibus ipſum prius apud imperatorem appetiuerant; de tam iniquis iudicibus conqueſturus Athanaſius, Conſtantinopolim acceſſit; ibique nouis confictis calumniis iterum accuſatus in gallias apud Treuiros in exilium miſit Imperator, quo mortuo Conſtantini iunioris operâ reuerſus Alexandriam, ſuam rurſus capeſcit Eccleſiam: Euſebiani vero reſtitutionem Athanaſij criminati, pretextu violentionis Canonum, cum litteris legatos ad Iulium S. Pontificem miſerunt, qui paratos videntes Athanaſij Preſbiteros ad fraudes in inſontem concinnatas detegendas, receſſerunt poſtulantes à Iulio Concilium, in quo à 50. Epiſcopis Athanaſius in Communionem receptus fuit, abſentibus Euſebianis licet inuitatis, diuque expectatis per annum ſcilicet & ſex menſes. Interim Congregati Antiochiæ Euſebiani numero 99. Athanaſium depoſuerunt, & in eius locum Gregorium quemdam cappadocem ſuffecerunt, Canones plures, & formulas fidei diuerſis temporibus merito ſuſpectas ediderunt. Non multo poſt habitum eſt Concilium Sardicenſe, ad quod 300. circiter ex occidente Epiſcopi, (ſi fides ſocrati & Sozomeno habeatur, multo minus ſi Athanaſio in Apologia 2.) Ex ſententia Imperatorum Conſtantis & Conſtantij conuenerunt, qui fidem Nicænam, iudiciumquè in gratiam Athanaſij prolatum ſuo calculo confirmarunt. Huic Synodo præfuit Oſius nomine S. Pontificis Iulij cum Archidamo &Philoxeno Preſbyteris. Peracto Concilio Conſtantis litteris ſede ſua potitus eſt Athanaſius, Honorifice primum ab Imperatore Conſtantio exceptus, ſed non multo poſt fugâ ſaluti conſulere coactus, intruſo per vim omnem in eius locum Georgiò, leuitate & Odio Conſtantij, qui quamdiu vixit in maximum ſæpius diſcrimen Nicænâ fides adducta eſt, variis identidem habitis Conciliis, in quibus aut metus, aut fraudes, aut vis maxima præualuit. Sublato è viuis Conſtantio tranquillitate aliquamdiu donata eſt Eccleſia, iterumque Athanaſium, qui per longum tempus delituerat, vt Paſtorem ſuum, maximâ cum lætitiâ redeuntem receperunt Ægyptij: quo adhuc orbati ſunt ſub Imperio Iuliani, tum à Iouiniano reſtititus, deinde ſub Valente latitare per menſes aliquot Coactus, demum ſub eodem redditus Eccleſiæ ſuæ, in qua vitam quot laboribus plenam, tot victoriis inſignem reliquit.

MACEDONIANI in Spiritum Sanctum blaſphemantes in Concilio generali Conſtantipolitano primo damnati ſunt, cum pluribus aliis hereticis. Huic Synodo Orientales Epiſcopi 150. ab Imperatore Theodoſio conuocati ad fuere anno ſcilicet 381. quis illi præfuerit incertum: attamen Meletium Anthiochenum initio, eoque mortuo Gregorium Nazianzenum præfuiſſe probabile eſt, cujus electionem in Conſtantinopolitanum Epiſcopum Ægre ad modum ferentes Ægyptii, & pro ſocio in ſede Antiochenâ ſuperſtiti paulino tribuendo orta contentione, graues tumultus in Synodo excitati ſunt, quos vt ſedaret Gregorius Nazia Epiſcopatui renuntiauit; in cujus locum Nectarius ſtatim ordinatus eſt. Æſtate ſequenti conuocati ſecundò Conſtantinopoli Epiſcopi & Romæ coacti Occidentales per Damaſum ſummum Pontificem latam in Macedonianos ſententiam confirmarunt. Fidei Symbolum diuinitatem Spiritus S. exprimens, & ſeptem vulgo Canones celebrantur: quorum tertius, etſi male vt ſuppoſititius rejiceretur, recte tamen interpretatur de Honoris priuilegio poſt Rom. Pontificem Epiſcopo Conſtantinopolitano conceſſo ſine Patriarchia juriſdictione in Pontum, Aſiam, & Thraciam collatâ. Tertio vniuerſali Concilio occaſionem dedit error Neſtorii, Epiſcopi Conſtantinopolitani Chriſtum in duos diuidentis: huic ſtatim ad origine ſeſe oppoſuit Cyrillus Alexandrinus, ſcriptis hinc inde Epiſtolis ad Cæleſtinum S. P. habitoque Romæ Conuentu Neſtorium damnauit ſummus Pontifex, Cyrilloque mandauit vt vices ſuas in hac cauſa gereret, qui coacta Synodo duodecim Anathematiſmis doctrinam Neſtorij refutauit. Ortâ eam ob rem inter eos majori contentione, indixit Epheſi Concilium Theodoſius junior, in quo ab Epiſcopis pluſquam 200. Præſide Cyrillo nomine ſummis Pontificis, iterum Neſtorius cum ſua impietate proſcriptus fuit, abſente tamen Ioanne Antiocheno & Orientalibus, qui licet partibus Neſtorii fauerit, nec ad vnionem cum Cyrillo receptus verit, niſi prius emiſſa damnationi Neſtorii ſubſcriptione, infectus tamen hæreſi non fuit. De hæreſi accuſatus Eutyches ab Euſebio Dorilæenſi in Synodo Conſtantinopolitana, ibique conuictus, quod confuſionem naturarum in Chriſto admitteret, à Flauiano damnatus fuit, in latrocinio Eheſino Dioſcori Alexandrini frude & violentiâ abſolutus, in æcumenico tandem Concilio, poſtulante & conſentiente Leone S. P. opera Martiani Auguſti Chalcedone congregato anathemate percuſſus eſt. Actioni 6. adfuit Jmperator, non primæ, præfuit ſemper Leo S. P. per legatos præſentibus judicibus ſine definiendi poteſtate, & Epiſcopis vulgo 630. certo tamen 500. & amplius, in hoc Concilio Theodoretum & Ibam vt anathema Neſtorio dicerent, clamantes Epiſcopi coegerunt, antequam reſtituerentur. Seruatum jus Metropolitani Photio Epiſcopo Tyri vi Canonum; & concordia facta inter maximum Anthiochenum, & juuenalem Hieroſolymitanum, Cui in 3. Paleſtinas juriſdictio Patriarchica collata eſt. Plures editi Canones, quorum 28. non furtiuus, ſed aperte à ſummo Pontifice Leone reprobatus fuit: quo quidem Canone Conſtantinopolitano Epiſcopo Patriarchalis juriſdictio in Pontum, Aſiam, Thraciam & Barbaricas Prouincias, vſu quodammodo recepta, delata eſt; ſeruato jure ordinationum Metropolitanis harum Prouinciarum.

CONCILIVM quintum generale Conſtantinopoli habitum eſt, ſub Iuſtiniano Imperatore, in quo tria capitula diligenter examinata, ſcilicet ſcripta Theodori Mopſueſteni, Theodoreti contra Cyrillum, & Ibæ Epiſtola legitimè damnata ſnnt, illæſa authoritate ſynodi Chalcedonenſis, à quâ Ibæ Epiſtolam minimè probatam inuenies. In hac controuerſia diuerſimode ſe geſſit Vigilius S. Pontifex primo quidem Iuſtiniani edicto ſe oppoſuit, quo hæc tria capitula damnauerat Imperator, tentans hac via Acephalorum vnionem cum Catholicis, Chalcedonenſem ſynodum reprobantium. Deinde Conſtantinopolim euocatus Vigilius judicatum protulit pacis Eccleſiæ gratiâ, eoque hæc tria damnans capitula, ſed quod ſtatim reuocauit ob exortum in Occidente ſcandalum: vrgente verò Iuſtiniano rem in generali agitandam Conc. poſtulauit. Inchoato Concilio adeſſe renuens vigilius, ſolemni licet & iterata legatione inuitatus, conſtituto ſuo ſententiam protulit, quo ſupreſſo ab Imperatore, Patres Concilij relectis Epiſtolis Vigilij, Eutychii, & edicto Imperatoris ſententiam proferunt præſide Eutychio Conſtantinopolitano, quâ perſonam Theodori eiuſque ſcripta, nec non Theodoreti ſcripta, & Ibæ Epiſtolam condemnant. Hoc tandem confirmauit Vigilius. Monothelitarum hæreſis à Martino I. S. Pontifice in ſynodo Romana cum Ecthesi Heraclij Imper. damnata, non extincta, ſub Conſtantino Pogonato Imper. nouas vires reſumpſit. Eam ob cauſam celebratum Concilium 6. generale Conſtantinopoli, Agathone ſedem Apoſtolicam tenente; hanc iterum anathemate confixit: præſidentiam in eo obtinuerunt legati S. Pontificis, non Imperator vt garriunt Hæretici. Acta hujus ſynodi expreſſam continent Honorij damnationem, vt Hæreſis Fautoris, cum cæteris Monothelitis Sergio Pyrro, Paulo, & alijs, quæ vt integra & incorrupta deffendere difficile non eſt. In eo nulli Canones editi ſunt, ſicut nec in 5. Synodo. Qui Trullani dicuntur numero 122 aliquanto poſt, à 200. circiter Epiſcopis in Trullo coactis prodierunt, veluti ſupplementum vtriuſque quorum multi probandi ſunt, non tamen omnes. Hos non admiſit Eccleſia Occidentalis. Circa initium 8. ſæculi furor Iconomachorum ſub Leone Iſauro Imp. turbare cœpit Eccleſiam; Conſtantini Copronymi operâ magis auctus, tandem ſub Irene Leonis 4. vxore, & filio ejus Conſtantino. conſentiente Adriano S. P. Concilio 7. generali contritus eſt. Conſtautinopoli congregati primum Epiſcopi circiter 350. Nicæam ob tumultus Hæreticorum tranſlati, imagines retinuerunt, & cultum earum confirmarunt, Legatis Adriani S. P. Præſidentibus. Aduerſarios habuit Patres Francofordienſes, non tamen in dogmate, à quibus damnatum fuit: Sed ab Adriano cæteriſque Pontificibus confirmata, authoritatem vniuerſalis ſynodi obtinuit. Sub finem 9. ſæculi habitum eſt 8. Concilium œcumenicum, quod 102. Epiſcopi Conſtantinopoli celebrarunt. In eo Photius intruſus Exauthoratus fuit, & S. Ignatio ſedes Conſtantinopolitana reſtituta: ab Imperatore Baſilio conuocatum fuit ex conſenſu Adriani 2. huic Legatos S. Pontificis præfuiſſe certum eſt.

EVCHARISTIA verum Euangelicæ legis ſacramentum eſt, cæterorum præſtantiſſimum, in quo Chriſtus diuitias amoris ſui diffudit, cum corpus ſuum & ſanguinem ſub ſpeciebus panis & vini, in cœleſte animarum alimentum nobis reliquit. In hoc itaque auguſtiſſimo Sacramento Ieſum Chriſtum verum Deum & hominem, verè realiter & ſubſtantialiter contineri, apertiſſimis verbis docent Euangeliſtæ *Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. Apoſt. 1. Cor. 4.* prædicant innumeri omnium ſæculorum Patres hujus veritatis defenſores integerrimi, confirmat perpetua & conſtantiſſima Eccleſiæ abſquè vlla mutatione traditio. Diuinam hanc lucem ferre non valentes oculi Nouatorum, obſcurare per tropos, figuras, & prauas expoſitiones, ſtupendâ peruicacia conati ſunt. 9. ſæculo Ioannes Scotus hanc indubitatam fidem labefactare tentauit, cujus liber in Concilio Vercellenſi damnatus, & flammis traditus fuit. Huic vulgo incertus author libri de corpore & ſanguine Domini adjungitur, qui quidem minus probabiliter Ratramo Corbeienſi Monacho tribuitur, melius meo judicio ſub Bertrami nomine cum Ioannis Scoti libro confunditur. Hæreticam redolet prauitatem. Illo audacior Berengarius Andegauenſis Sacramentariorum anteſignanus, 11. ſæculo veritatis hujus hoſtis apertus extitit, qui poſt toties ejuratam variis in Conciliis; totieſque reſumptam hæreſim tandem reſipuit, & ad extremum vſque in fide Catholica permanſit: non ſine calumnia iis annumeraretur Gregorius 7. hoc memoriale paſſionis ſuæ Chriſtus inſtituit pridiè quam pateretur, Luna 14. primi menſis ad veſperam, cæna legali peracta, & Paſchate celebrato, ea die qua Iudæi ex præſcripto legis Agnum Paſchalem comedere tenebantur. Materiam hujus Sacramenti varii impugnarunt hæretici, Gnoſtici, Cataphryges, Manichæi, Aquarii. Certum eſt vinum eſſe de vite & panem triticeum, azimum aut fermentatum; prioris vſus conuenientior, quo ſolo licitè vti poſſunt Latini, Græci, vero fermentato, vnuſquiſque autem morem Eccleſiæ ſuæ ſeruare tenetur. Vino aqua modice miſcenda neceſſitate præcepti, non Sacramenti, nec aliter docuit S. Cyprianus, quam immadiate in ſanguinem Chriſti conuerti vt probabilius exiſtimo. Forma conſecrationis verba ſunt Chriſti Domini (*hoc eſt corpus meum*) quæ non recitatiuè ſolum aut hiſtoricè, ſed ſignificatiuè proferri debent. Forma vero Calicis conſecrandi hæc eſt (*hic eſt Calix ſanguis mei*) Cætera vero omitti quidem non poſſunt ſine peccato, verùm ſine Sacramenti diſpendio. Totus ſub vtraque ſpecie latet Chriſtus, totus ſub ſingulis Partibus, in quibus poſt diuiſionem integer perſuerat. Vi verborum corpus ſub ſpecie panis & ſanguis ſub ſpecie vini ponuntur, totus vero Chriſtus Deus & homo per concomitantiam, ſub qualibet tandiu, modo quidem vero, ſed ineffabili continetur, quamdiu ſpecies non corrumpuntur, ad quarum corruptionem deſinit corruptioni non obnoxium. Apage ergo fœdum ſtercoraniſtarum dogma. Non in vſu conſiſtit hoc Sacramentum: hinc a primis Eccleſiæ ſæculis rite ſeruatum, & ſumma veneratione commendatum agnoſcimus. Huic latriæ cultum denegant ſoli hæretici. Quam mala fide veterum aliquorum rituum abrogationem nobis opponant; & nouorum inſtitutionem? manu enim geſtare, ad domum deferre, in vitreo Calice conſecrare, reliquias comburere, hæc & alia nec ab ſubſtantiam Sacramenti pertinere, nec reuerentiam, ipſi debitam excludere, quis ignorat?

PERACTA conſecratione ita ponuntur corpus & ſanguis ſub ſpeciebus, vt ſubſtantia panis & vini nullatenus remaneat. Mirabilem hanc mutationem, tranſſubſtantiationem merito apellat Eccleſia. Hoc dogma non deſtruit Theodoretus in dialogis, neque Rupertus Abbas, cujus fides de præſentia reali in dubium reuocari non poteſt, de conuerſione vero licet obſcura videatur, Catholica tamen deprehenditur. Miniſter hujus Sacramenti ſolus Sacerdos ritè ordinatus. Ex delegatione Diaconus illud diſpenſare poſſet. Illius ſubjectum quilibet homo Baptiſatus, in ſtatu gratiæ conſtitutus. Quotidianus erat primorum Chriſtianorum panis, ſed refrigeſcente charitate; rarius hoc Cœleſti cibo vſi ſunt, Eccleſiaſtico tandem præcepto ſemel ſaltem in anno in Paſchatè conſtitutum eſt. Ad hunc vitæ fontem, cum deuotionis affectu, accedere debent fideles, & quidem frequentius ſi bene diſpoſiti, qui enim manducat indigne judicium ſibi manducat: probet autem ſeipſum. Peccatori publico publicè & occultè petenti deneganda eſt Euchariſtia. Aliter vero de occulto publice petenti judicandum eſt. Infantibus olim ſimul cum baptiſmo fuiſſe conceſſam plura probant antiquitatis monumenta, verum eis neceſſariam ne exiſtimes; nec aliter Innocentius, aut Auguſtinus docuerunt. Conuenienter vſum Calicis, Laicis & Clericis prohibere potuit Eccleſia, cum nullum extet præceptum communionis reſpectu illorum ſub vtraque ſpecie; nec obſtare potuit antiqua conſuetudo aliquatenus contraria. Huius Sacramenti plures ſunt effectus, gratiæ ſanctificantis augmentum confert dignè ſuſcipientibus, mentem cæleſti ſuauitate reficit, carnem ad immortalitatem diſponit, peccata ſaltem venialia remittit, à futuris præſeruat. Nemo niſi jejunus præcepto Eccleſiæ ad ſacram ſynaxim accedat; plures tamen caſus occurrere poſſunt in quibus non obligat præceptum. Præter Sacramenti dignitatem, ſacrificii quoque veritatem obtinet Euchariſtia, eſt enim oblatio externa Deo facta per legitimum, miniſtrum, qua ſupremum ejus Dominium, debitamque illi ſubjectionem, per immutationem rei oblatæ agnoſcimus. Vnicum eſt in noua lege Miſſæ ſacrificium à Chriſto D. inſtitutum, quod cruenti crucis ſacrificij memoriale eſſe voluit, cujus Sacerdos & victima Chriſtus. Hoc ſacrificium ſimul eſt Latreuticum, Propitiatorium, Euchariſticum, & Impetratorium; ad cujus eſſentiam præter conſecrationem pertinet communio Sacerdotis, non populi. Imperfectum erit, ſi vna tantum ſpecies conſecretur. Fidelibus viuis & defunctis maxime prodeſt. Valor illius licet ſecundum ſe infinitus, applicatio tamen, non niſi finita eſt; vnde ſi Sacerdos pro duobus offert, minus ſingulis erit fructuoſum, magis ſi pro vno. Vt aleri proſit non requiritur ſtatus gratiæ in Sacerdote. Priuatas miſſas vituperare hæreticorum impietas; præcipit Eccleſia fidelibus, vt miſſam integram audiant diebus feſtis, non ſatisfacit obligationi, qui partibus diuerſarum intereſt.

POENITENTIAM ad Sacramenti dignitatem Chriſtus euexit, cum Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam peccata ligandi ſolvendique poteſtatem dedit: tantam Eccleſiæ authoritatem negantes Montaniſtæ, hanc ſecundam poſt naufragium tabulam lapſis eripere tentarunt, quos ſecuti ſunt Tertullianus, Nouatus, Africanus, & Nouatianus Romanæ ſedis inuaſor: non minus exoſum viſum eſt hoc ſalutare remedium Luthero, Caluino & aliis ejuſdem farinæ hominibus, quorum plaga ideo inſanabilis facta. Peccatoribus namque æque neceſſarium ad ſalutem, ac ipſe Baptiſmus nondum regeneratis; ab eo ejuſque memoria diſtinctum eſt Sacramentum, quod iterari poteſt, non vero Baptiſmus. Suas habet partes, materiam ſcilicet, & formam. Forma verba ſunt à Miniſtro prolata, *Ego te abſolvo, &c.* Abquibus Sacerdos juriſdictionem & approbationem habens abſoluit, ſine qua non ſolum illicita, ſed & inualida abſolutio, excepto mortis periculo. Non nudum miniſterium exercet, declarandi peccata eſſe remiſſa, ſed verum actum judicialem quo peccata ipſe dimittit. Abſolutio abſenti data illegitima. Materia hujus Sacramenti remota ſunt peccata poſt Baptiſmum commiſſa, venialia ſufficiens & libera. Proxima vero actus Pœnitentis, Contritio, Confeſſio, & Satisfactio: duo priores ad eſſentiam pertinent Sacramenti, poſterior ad integritatem. Contritio dolor eſt ac deteſtatio de peccato cum propoſito non peccandi de cætero, virtuale aliquando ſufficiens eſſe poteſt. Duplex vulgo aſſeritur perfecta & imperfecta. Illa ex motiuo charitatis concepta; hæc vero attritio vulgo dicta ex conſideratione turpitudinis peccati vel metu gehennæ orta; hæc voluntatem peccandi excludens cum ſpe veniæ ad gratiam in Sacramento recipiendam vltimo diſponit, illa extra Sacramentum cum illius voto peccatorem Deo reconciliat; Vtraque per amorem, ſed eſſentialiter diuerſum. Contritionem Confeſſio delicti comitari debet, non ſola quæ ſoli Deo fit, quæ omni tempore neceſſaria fuit, ſed illa quæ fit coram Sacerdote, quam vt medium neceſſarium à Chriſto inſtitutum ſemper vſurpauit Eccleſia, quod à Patribus non rarò commendatum habemus. Nihil in ea nouum niſi quod Nouatores nouiſſime commenti ſunt. Sacramentalem non ſuſtulit Nectarius Pœnitentiarium Preſbiterum exautorando, vt perperàm contendunt hæretici; neque vnquam hujus aduerſarius fuit S. Chryſoſtomus illius ſucceſſor. Vera debet eſſe, & integra confeſſio, ideo omnia mortalia peccata, occultiſſima, & ſolius cogitationis quoad ſpeciem & numerum, cum circumſtantiis ſpeciem mutantibus, & notabiliter aggrauantibus Sacerdoti aperienda ſunt, vt idoneam vulneribus adhibeat medicinam: perſonam complicis declarare licet, ſi aliter ſpecies peccati cognoſci non poſſit. Validè abſoluitur qui ex infirmitate peccata confiteri nequit modo contritionis ſigna Sacerdoti nutibus expreſſerit, vel teſtibus. Peccant Sacerdotes dum pœnitentes in proxima occaſione peccati verſantes abſoluunt. Tenetur Confeſſarius ad ſigillum Confeſſionis ſeruandum, jure naturali, diuino, & Eccleſiaſtico. Hinc non erubeſcat peccator aperire quod latet, at erubeſcat perpetraſſe, ad ſecretum ſeruandum adeo ſtricta obligatio, vt nulla poteſtatis Eccleſiaſticæ diſpenſatione, ſiue directe, ſiue indirecte frangere liceat, nequidem cognitione confeſſionis aliò vti.

SATISFACTIO pars vltima pœnitentiæ, eſt ſolutio voluntaria pœnæ pro injuriâ Deo per peccatum illatâ: non ſolum igitur ad cautiorem viuendi Normam, ſed ad vindictam & caſtigationem ſcelerum inſtituta. Sicut Confeſſarius eam tenetur prudenter imponere, majorem vel minorem ad ſatiſfaciendum pro qualitate criminum, congruentem & idoneam ad ſanandum, ita injunctam pœnitentes acceptare & implere tenentur; illius vſus hodiernus in jejuniis, orationibus, & eleemoſynis communiter poſitus. Primis Eccleſiæ temporibus publice ſatiſfaciendi modus, non vnus & idem ſemper fuit, ſed varia pro temporum diuerſitate Eccleſiæ diſciplina. Hæc ſub ipſis Apoſtolorum temporibus & poſtea mitior, circa Montaniſtarum & Nouatianorum ſeueriſſima, ac deinceps remiſſior extitit. Quatuor gradus hujus pœnitentiæ vulgo aſſignatur, videlicet flectus, auditio, ſubſtratio, & conſiſtentia, quibus totidem pœnitentium ordines diſtinguebantur. Flentes extra Eccleſiam ante veſtibulum poſiti, cilicio aſperi, & cinere ſordidi, cum lachrimis iniquitates confitentes, precibus fidelium ſe commendabant. Audientes intra veſtibulum Eccleſiæ cum Cathecumenis permixti ſacras conciones excipiebant, quibus finitis dimittebantur, ſubſtrati quorum ſtatio propriè laborioſa dicebatur pœnitentia, Vitam humillimam ducebant in jejuniis multis, & laborioſis operibus, in infima nauis parte collocati, frequentes manus impoſitiones ab Epiſcopo, cum orationibus accipientes, ante ſacrificii oblationem recedebant. Conſiſtentes precibus fidelium communicabant, nondum tamen Euchariſtiæ & oblationis participes, in hoc à cæteris fidelibus diſtincti. Hos quatuor gradus certis annis pro grauitate peccati decurrebant Pœnitentes, ita tamen vt aliquando ab vno ad alium medio omiſſo concedente Epiſcopo tranſirent. Primis Eccleſiæ ſæculis communiter pro tribus capitalibus criminibus occultis & publicis ſcilicet idololatria, mœchia, & homicidio pœnitentia luctuoſiſſima imponebatur: ſucceſſu temporum pleraque alia publicæ pœnitentiæ ſubjecta fuerunt, non tamen omnia mortalia ſeueriſſima illa pœna & omnimoda excommunicatione plectebantur. Hæc ſemel tantum concedebatur: cum illa non infrequenter conjuncta erat publica peccatorum aliquorum confeſſio, quam tamen non imperabat vlla lex aut præceptum, ſed ſuſcipiebant pœnitentes ex conſilio prudentis Sacerdotis. Sponte ſua crimina deferentes leuioribus pœnis addicebantur, grauioribus vero qui teſtibus erant conuicti. Ea fuit aliquando quibuſdam in locis in vlciſcendis grauioribus criminibus ſeueritas, vt reconciliatio Sacramentalis omnino negaretur. Sic in Galliarum aliquibus Prouinciis euenit plectendis vltimo ſupplicio; ſic quidam Africæ Epiſcopi ante S. Cyprianum mœchis aditum ad pacem omnino intercluſerunt: attamen oppoſitam praxim præcipuæ Eccleſiæ ſicut Romana, Carthaginenſis & aliæ ſemper ſeruauerunt, in quibus tribus grauiſſimis ſceleribus venia nunquam in exitu fuit denegata. Velim tamen excipias eos qui toto vitæ tempore voluptatibus ſeruierant; Nam erga eos aliter actum fuiſſe videtur. Majores Clerici ad humillimam pœnitentiam more Laicorum nunquam coacti ſunt. Depoſitione aliquando puniebantur ordine, & communione priuati, pœnis Canonicis ſubjecti, ſæpius ad Laicam communionem, quo Laicorum inſtar habebantur, aut peregînam peregrinis conferri ſolitam rejecti ſunt. Laicos ſemel Pœnitentiâ functos publicâ, ad Clerum non admittebat Eccleſia. *Quæ eſt ciuitas quæ habet fundamenta cujus conditor & artifex Deus.*

Has Theſes, Deo duce, auſpice Deipara, & Præſide S. M. N. LEONARDO DE LAMET *ſacræ Facultatis Pariſienſis è Societate Regiæ Nauarræ Doctore Theologo, Inſignis ac Metrepolitanæ Eccleſiæ Pariſienſis Canonico, tueri conabitur* GABRIEL DELECEY *Canonicus & Diaconus Lingonenſis, nec non ſacræ Facultatis Pariſienſis Baccalaureus Theologus die Iouis 22. Auguſti anno Domini 1669. ab octauâ ad ſextam.*

IN SORBONA